

aut egri non capiuntur. Choromandarum gentem uocat Tauron syluestrem sine uoce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dētibus caninis. Eudoxus in meridianis Indiae uiris plātas esse cubitales: feminis adeo paruas, ut Struthopodes appellantur. Megasthenes gentem inter Nomadas Indos nariū loco foramina tantum habentem, anguīū modo loripedem, uocari Syrietas. Ad extremos fines Indiae ab oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentē sine ore, corpore toto hirtam vestiri frondium lanugines halitu tantū uiuentē, & odore quē naribus trahant, nullū illis cibū, nullumq; potū: tantū radicū florumq; uarios odores & syluestriū malorū, quæ secū portant longiore itinere, ne desit olfactus: grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Supra hos extrema in parte montiū Spithamæi Pygmaei narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedentes, salubri cælo, semperq; uernāte, montibus ab aquilone oppositis: quos a gruibus infestari Homerus quoq; prodidit. Fama est, insidentes arietū caprarūq; dorsis, armatos sagittis ueris temporis uniuerso agmine ad mare descēdere, et oia pullosq; earū alitū cōsumere: ternis expeditionē eā mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto peninisq; & ouorum putaminibus construi. Aristoteles in cauernis uiuere Pygmaeos tradit. Cætera de his, ut reliqui. Cyrnos Indorū genus Ifigonius annis centenis quadragenis uiuere. Item Aethiopas Macrobius & Seras existimat, & qui Athon montem incolant: hos quidem, quia uiperinis carnibus alantur: itaq; nec capiti, nec uestibus eorum noxia corpori inesse animalia. Onesicritus, quibus in locis Indiae umbræ nō sint, corpora hominum cubitorum quinum & binorum palmorum existere, et uiuere annos cxxx. nec senescere, sed ut medio aeuo mori. Crates Pergamenus Indos qui centenos annos excedant, Gymnetas appellat, non pauci Macrobius. Ctusias gentem ex his, quæ appellatur Pandoræ, in conuallibus sitam, annos duceos uiuere, in iuuenta candido capillo, qui in senectute nigrescat. Contra alios quadragenos non excedere annos, iunctos Macrobius, quæcrū feminae semel pariant: idq; et Agatharchides tradit. Præterea locustis eos ali, et esse pernices. Mandrorum nomen is dedit Clitarchus & Megasthenes, trecentosq; eorum uicos annumerat. Feminas septimo ætatis anno parere, senectam quadragesimo anno accedere. Artemidorus, in Taprobana insula longissimam uitam sine ullo corporis lænore traduci. Duris, Indorū quosdam cum feris coire, mixtosq; & semiferos esse partus. In Calingis eiusdem Indiae gente quinquennes concipere feminas, octauum uitæ annū non excedere. Et alibi canda villosa homines nasci pernicitatis eximia, alios auribus totos contegi. Oritas ab Indis Arbis fluius determinat. Ii nullū alium cibum nouere q̄ piscium, quos unguibus dissectos sole torreant: atque ita panem ex his faciūt, ut refert Clitarchus. Trogloditas sup Aethio

pam uelociōres esse equis, Pergamenus Crates. Item Aethiopas octona cubita longitudine excedere. Syrbotas uocari gentem eam Nomadum Aethiopum, secundum flumen Astapum ad septentrionem uergentium. Gens Menisminorum appellata, abest ab oceano dierum itinere xx animalium quæ cynocephalos uocamus, lacte uiuit, quorum armenta pascit maribus interemptis, præterquam sobolis causa. In Africa solitudinibus hominum species obuia subinde fiūt, momentoq; euanescent. Hæc atque talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura. Et singula quidem quæ facit in dies, ac prope horas, quis enumerare ualeat? Ad detegendā eius potentiam, satis sit inter prodigia posuisse gentes. Hinc ad confessa in homine pauca.

De prodigiosis partibus. CAP. IIII.

Ergeminos nasci certū est, Oratorū Curatio rumq; exēplo: supra inter ostēta ducitur, præterq; in Aegypto, ubi fatifer potu Nilus. Antis proximis, supremis diui Augusti, Fausta quædam e plebe, Ostia duos mares, totidē feminas enixa, famē quæ consecuta est portendit haud dubie. Reperitur in Peloponneso quinos quater enixa, maiorēq; partē ex omni eius uiuisse partu. Et in Aegypto septenos unoutero simul gigni, autor ē Trogus. Gignūtur et utriusq; sexus, quos Hermaphroditos uocamus, olim Androgynos uocatos, et in prodigijs habitos, nūc uero in delicijs. Pōpeius magnus in ornamentis theatri mirabiles fama posuit effigies, ob id diligētius magnorū artificū ingenijs elaboratas: iter quas legitur Eutyche, à xx liberis rogo illata Trallibus, enixa xxx partus. Alcippe elephantum, quanq̄ inter ostenta est. Nanq; & serpentē peperit inter initia Marsici belli ancilla. Multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur. Claudius Cæsar scribit Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interuisse. Et nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle uidimus. Est inter exempla, in uterum protinus reuersus infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta est.

De mutatione sexus, & geminis partibus. CAP. IIIII.

XX feminis mutari in mares nō est fabulosū. Inuenimus in annalibus, P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino COSS. Cassini puerū factū ex uirgine sub parentibus, iussuq; aruspicum deportatū in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit uisum à se Argis Arescontem, cui nomen Arescuse fuisset, nupsisse etiam, mox barbam & uirilitem prouenisse, uxoremq; duxisse. Eiusdē sortis & Smyrnæ puerum à se uisum. Ipse in Africa uidi mutatū in marem nuptiarū die, L. Cossitiū ciuē Tisdritanū. Editis geminis raram esse, aut puerperæ, aut puerperio, præterq; alteri, uitam. Si uero utriusq; sexus editi sint gemini, rariorē utriq; salutē. Feminas gigni celerius q̄ mares, sicut celerius senescere sapius in utero moueri mares, & in dextera fere geri parte, in laua feminas, constat.

De homine

110
111
112
113
114
115